



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

342. [i.e. 352.] Feria 3. Dominica 2. Adventûs. De Resignatione in D.
Iesvm, qui fuit sine Patre & Matre.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

632 *Feria 3. Dom. 2. Advent.*

bus afficiar. 5. Petam unionem sensuum exteriorum cum Deo, quæ in hoc erit, ut sensus pro illo tempore se à terrenis abstrahant, & à bono quietis animam non avertant.

MEDITATIO CCCLII.

Feria 3. Domin. 2. Advent.

De Resignatione in D. IESVM, qui fuit sine Patre & Matre.

Aspiciam D. IESVM carentem Patre in terris, Matre in cœlis, & tamen offerentem se in manus Matris, & resignantem in manus Patris. Petam eum assequi.

Conf. 1. Quomodo D. IESVS non solum supremam magnitudinem & Majestatem Patris in cœlo & terram semper sit reveritus, sed & Matri suæ semper fuerit obtemperans; dicam & ego coram eo, & quocumque gubernante me nomine eius: Fiat voluntas tua.

Conf. 2. Ideo resignabo me 1. ad mortem, quando eam Dominus venire volet, & factitium sepulchrum voluntate Dei circumdatum, Regum palatij, & delicijs præferam. Resignabo me etiam ad vitam non ob aliud, quam ut impleatur voluntas Dei, & in perpetuum Domino holocaustum fiam sive vivus, sive mortuus. 2. Resignabo me ad quamcunque ægritudinem & dolorem corporis juxta Dei voluntatem, ita & ad incolumitatem, quam
in

Feria 3. Domin. 2. Adventus. 633

in perpetuum Dei obsequium impendam. 3. Resignabo me ad omnem infamiam, confusionem, contemptum pro gloria Dei: Item & bonam famam. 4. Resignabo me ad omnem indigentiam, penuriam, nuditatem, incommoditatem in cibo, veste, habitatione: Item ad honestam commoditatem pro Dei gloria tantum suscipendam. 5. Resignabo me ad habitandum in hoc vel illo loco, etiam inter extraneos & ignotos, infideles, & prout de me Dominus disposuerit. 6. Resignabo me ad carendum omni sensibili gratia & devotione, donis ad salutem non necessarijs: Item ad dona Dei, non ut in eis quiescam, sed ut eorum usu magis placeam. 7. Resignabo me ad omnia que mihi in tempore & eternitate accidere possunt.

MEDITATIO CCCLIII.

Feria 4. Domin. 2. Advent.

De Postulatione conducibilium ad univ-
ersum cum Verbo infante & viro.

Aspiciam Dominum infantem & virum,
parva obsequia magnis premijs remun-

erantem. Petam ejus effici totus.
Cons. 1. Quomodo D. Iesus fuerit simul
infans & vir, infans innocentiam, vir a virtute,
omneque opus ejus fuerit theandricum seu
Dei virile, unius ejusdemque personae Dei.

Cons. 2. Ut huic Principi liberalissimo,

DD S

parva